Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tus qui ambulabat in tenebris. uidit lucē magnā.
Sardis sonat in latina lingua. principi pulchritudinis.
apta subaudit̄ atq; ornata. Cui scilicet nisi illi de quo
psalmista dicit. speciosus forma. p̄ filiis hominū. Et
in cantico canticorū. Ecce tu pulcher es dilecte mi. Hu
ic itaq; principi pulchritudinis apta & p̄parata est
ecclā. p ornamenta uirtutū. Vnde p psalmistā dicit̄.
Astitit regina a dextris tuis. in uestitu deaurato. Et
in canticis canticorū. Murenulas aureas faciem̄ tibi.
Philadelphia dicit̄. saluans hereditatē dī. Ipsa enī
ecclā hereditas dī dicit̄. de qua ait pater ad filium.
Postula a me & dabo tibi gentes hereditatē tuā. Et
de qua coloni mali. uidentes heredem dixerunt. Hic
est heres. & cetera. usq; & nrā erit hereditas. Ipsa est
ager dī ipsa & uinea. quē p predicatores suos ita.
saluare satagit semetipsā. ut fide & opere dō place
at. & ab illī uoluntate numquā recedat. Laodicia
uertit̄ in nrām linguā tribus amabilis dnō. siue
fuerunt in uomitu. Tribus nomine sacra scriptura
sepe utit̄. unde ē. illuc enī ascenderunt tribus tri
bus dni. a tribus scilicet ordinib̄ qui forsitan eant
in populo iudeorū. sicut fuerunt apud romanos.
in senatorib; scilicet militibus. & agricolis. Ita et
ecclā. eisdem tribus modis partit̄. in sacerdotibus.
militib; & agri cultorib;. Quē trib; amabilis dicit̄
in sanctis. iuxta q̄d apls dicit. Qui dilexit
nos. & lauit nos a peccatis nris. Et ipse dns. Sic ds
dilexit mundū. ut filiū suū unigenitū daret.
Porro quod dicit̄ fuerunt in uomitu ad reprobos